

ij. mortis,
 iij. spiritus, h.e. animæ vegetantis. Homo animalis nihilo vivacior est bestia.

iv. reliquæ conditionis. v. 19.

v. loci corruptionis: ut ortus. v. 20.

v. 20.

vj. apparentiæ loci animæ post mortem. v. 21.

v. 21.

Quis scit, an spiritus hominis ascendat sursum, & bestia descendat sub terram.
 Nemo ex naturalibus causis scire potest, quo abeat anima bovis aut hominis: an illa omni sensu careat, hæc habeat sensum; utra beatior sit, hæc an illa. Non negat aut in ancipiti ponit animæ *Alguo vlv.* quam præsupponit iudicium affirmatum vers. 17. & ponit c. 12. 7. sed de comparatione hominis & bestia loquitur, & quidem pro eo, quod naturaliter de utroque scitur aut nescitur, sequestratis iis argumentis, quæ spiritus Dei dicit & ex testimonio Dei & pulchrorum ordine sumuntur. Nam iis (hoc vult indicare Sapiens) demonstratur hominum summa ignorantia in se ipsis: ut nesciant etiam, quid inter ipsos & bestias intersit. Scitur quidem, saltem probabiliter, hominem, quia imago est spiritualis & æternæ naturæ, quatenus ad tale objectum cognoscendum & appetendum naturâ trahitur, non astringi ad vitam sensualem & terrenam: sed vix sciri potest pro certo (nisi quod contrarium probari non potest) eum post mortem superesse & in luce ac beatitudine versari; deinde nescitur hoc de hoc & illo homine: item nescitur, an pecudes nulla ratione præditæ sint, atque ita planè aboleantur in morte, & omni perceptione careant; annon in aliis corporibus conserventur animæ illarum, annon animæ aliquorum hominum migrent in bestias: & si quid aliud est, quod humanæ menti rationale videri potest.

7. ab incerto futuri vers 22. *Vidi, non esse bonum, præterquam ut letetur homo in factis suis scil. bonis* (lætitia enim bonæ conscientia significatur juxta vers. 12.) *Nam illa est pars ejus. Nam quis perducet illum, ut videat hoc, quod postea fiet?*

v. 22.

II. Quia *ἐν θυμῷ*, lætitia quæ bonū hominis esse cōcluserat c. 3. v. 12. & 22. variè la befactatur & minuitur (quæ thetis nō expressè ponitur, sed ex oppositione præcedentium, & conspiratione sequentium & connexionem, *Rursus vidi*; quæ habet vim *αὐθυμῶ φεῖς*; cognoscitur)

CAP. IV

1. alio-